



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Concilium I. Constantinopolitanum vulgò secundum generale dictum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

catum fuit, eisque legati eidem praesederunt. Iique & reliqui Episcopi litteris datis eum rogaverunt, ut Concilii sententiam suam auctoritate firmaret. Quod & fecit. Et idem testatus est in Epist. ad Alexandrinos, iis de restitutione S. Athanasii gratulans. Lege haec fusiùs in actis Concilii.

*Concilium I. Constantinopolitanum  
vulgò secundum generale dictum.*

**H**Abitum hoc Anno 381. ei interfuere centum & quinquaginta Communionis Catholicæ Episcopi. Hi omnia Nicænae Synodus decreta firmant, & anathematizant hæreses Arianorum Semi-Arianorum contra Dei filium vel Spiritum sanctum. Can. 3tio habentur hæc formalia: *Constantinopolitanae civitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Pontificem, propterea quod sit nova Roma.* Hoc concilium per hoc valorem œcumenici accepit, quod ejus fidei definitionem Damasus Papa comprobavit. Ut legere est fusiùs in actis.

*Concilium Ephesinum generale tertium:*

**H**Abitum Anno 431. ei interfuere universim Episcopi plures quam ducenti, qui subscripsere condemnationi Nestorii, & sententiam die post finitum consilium miserunt Nestorio, quæ sic incipit: *Sancta Synodus per gratiam Dei congregata Nestorio novo Juda.*  
Con-